BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 32v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



& lilium quae supra calamos omnes secundus iuxta
summitatem fuere candelabri ipsius propriae ad
dnm pertinet saluatorem. qui n solum electis suis
uirtutum scientiam operationem & remunerationem
tribuit. uerum & iuc in se ipso idem homo xpr.
figurice ostendit scyphi. cum se plenum spu sco
declarauit; formam praetendit sperae. cum ap
parens in mundo absq; ullo circumstrepentium rerum
obstaculo exultauit ut gigans ad currendam uiam.
speciem monstrauit lilii. cum resurgens a mortuis.
atq; ad caelos ascendens. clarificatus est ea clarita
te quam habuit priusquam mundus esset apud patrem.
Et recte hic scyphus spera & liliu calamis altior
eminebat. quia nimirum dona quae mediatoris
dei & hominum homini Ihu xpo dr pater contulit.
omnem humanae capacitatis modum transcendunt.
Unicuiq; enim nrm data est gratia secdm mensuram dona
tionis xpi. In ipso autem xpo sicut aptus ait habitat
omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Bene
autem sequitur. Et sperae igitur & calami ex
ipso erunt uniuersa ductilia de auro purissimo;
Omne enim opus candelabri. hoc est & stipes
medius. & calami ex ipso pcedentes cum omni
suo ornatu de auro fiunt; quia & dns ipse